



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij  
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolviones  
Lectissimorvm Casvvm**

**Diana, Antonino**

**Antverpiæ, 1645**

Concionari.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41753**

omnium suffragia debent concurrere ad concludendum , nullus potest abesse:quia potest vnuis suo calculo iniustum conclusionem impedire. Garsias & alij 4. *ibid. ref. 18. & 19.*

## Concionari.

1 **N**on est peccatum, concionari in peccato mortali occulto , sed tantum in publico: quia actus concionandi nō est consecratus, neque ex suā naturā, neque ex institutione Ecclesiæ, neque certo ordinis deputatus. Idem dicendum est de Lectore sacræ Theologiae, & Scripturæ, modò absit scandolum. Suarez & alij 3 p.3. tr.4. *ref. 197.*

2 Non est necesse Regulares approbari ab Episcopo in ordine ad conciones. Barbos. & alij 3. p.4. tr.4. *ref. 22.* Quin & contradicente Episcopo cōcionari possunt in suis Ecclesiis. Barbos. & alij. p.3. tr.2. *ref. 58.* Imò etsi in alienis Ecclesiis sine Episcopi licentiā concionentur, nō possunt tamen ab ipso puniri, sed à suis Superioribus. Rodriq. & alij 2. ex declaratione Cardinal. dum autem Episcopi licentiam illam concedunt, non habent ius Regulares examinandi, iuxta Conc. Trident. Henriq. & alij 7. praxis

G tamen

tamen est in contrarium. *ibid* ref. 11. & p. 6. 14. 8. ref. 20.

3 Possunt Fratres Prædicatores & Minorites, & qui cum ipsis communicant in privilegiis, concionantes in suis dominibus, concedere auditoribus suis 18. annos & 320 dies indulgent. extra suas verò Ecclesiæ 18. annos & 222. dies tantum. tempore verò Quadragesimæ in suis dominibus feriâ 2. 4. & 6. 156. annos & 24. dies. Debent tamen illas indulgentias expressè concedere nomine suæ Sanctitatis, alias essent nullæ. Rodriq. & alij 2. p. 4. tr. 4. ref 22.

*Confessarius.*

1 **C**onfessio facta simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo est inualida, et si bona fide fiat. (Lugo & alij.) & quod contra docet Croufers nec tutum est, nec probabile. Imò neque Prælati Religionum, sine approbatione Ordinarij, possunt secularium confessiones audire. Suarez & Rodriq. et si contrarium affirmet Henr. & alij 5. p. 6. tr. 6. ref. 52. & p. 2. tr. 16. ref. 44.

2 Quemlibet simplicem Sacerdotem sine approbatione Episcopi, posse absoluere etiam à mortalibus in priori

COR.